



RELECTIONIS  
IN LOCVM PAVLI AD EPHES. I.

*Vbi de Deo loquens ait:*

Qui operatur omnia secundū consiliū voluntatis suæ:

PVNCTA ALIQVOT EX IIS,

quæ copiosius differentur, breuiter collecta.



Releget Doctor Franciscus Suarez

DE SOCIETATE IESV,

*Duodecimo Die Martij, Diuo Gregorio dicato.*

HORA OCTAVA.

Ex officina Antonij à Mariz.

1598.

Cum facultate Inquisitorum.

Sala RB  
Gab. RB  
Est. 38  
Tab. 31  
N.º 31

RB  
38  
31

## Punctum Primum.

**L**ITERALIS Sensus Apostoli non est, Deum in operibus suis solum voluntatem suam consulere ad operandum. Neque etiam per consilium suum, quod iudicium intellectus est, voluntatem suam ad omnem operationem determinare. Sed omnem Dei operationem ex prudenti iudicio voluntate acceptato proficisci.

### II. PUNCTUM.

**Q**UOD M Paulus tria Deo attribuat, operationem, consilium, voluntatem, hæc duo posteriora in ipso Deo sunt, ac proinde æterna, & sola ratione distincta: illud verò primum non in Deo, sed à Deo est, ac propterea temporale, & re distinctum ab alijs, quanuis potentia, à qua proximè manat, in Deo etiam sit, & vt probabilius creditur, à scientia, & voluntate secundum rationem distincta.

### III. PUNCTUM.

**H**ÆC prædicto Apostoli testimonio non solum Deum operari omnia per intellectum & voluntatem, sed etiam esse omnipotentem in operando conuinci potest. Nam omnia, quæ voluit, & disposuit iuxta consilium sibi beneplacitum, ita efficaciter operatur, vt nec voluntas illa frustrari, neque potestas vlla ei possit resistere.

### IIII. PUNCTUM.

**A**mplius ex eisdem verbis colligimus, Deum extra se nihil velle nisi vt medium, cum consilium tantum de medijs sit. Non tamen hoc obstat, quin Deus creaturas aliquas, nempe solas intellectuales, vero amore amicitia diligit. Neque etiam impedit, quin perfectissimè liberalis sit, quanuis illa media omnia in se ipsum vt in finem referat. Neq; etiam propterea negandum est, quin variæ rationes boni in ipsis creaturis inuentæ diuinam voluntatem ad amandum, & ad operandum aliquo modo alliciant.

### V. PUNCTUM.

**P**RÆTEREA ex hac Pauli sententia, Deum omnia prorsus voluntariè operari, intelligi potest. Quod non solum in ijs, quæ per se ipsum immediatè facit, sed etiam in omnibus, quæ efficiunt creaturæ, cum omnia sint eius opera, verum habet. Nec propterea negandum est Deum aliqua operari, quæ per simplicem affectum, qui verus actus in Deo ipso sit, vellet non heri. Hic enim affectus non excludit simpliciter voluntarium; an verò di-

dicendum sit reddere opus inuoluntarium secundum quid, probabilius credimus id non habere locum in voluntate diuina, etiam si in humana ita contingat. In qua hæc admistio inuoluntarij, etiam si ex metu, aut aliqua vi externa oriatur, per se nõ reddit inefficacem voluntatem ad morales effectus vel contractus, nisi vel positium ius, vel aliqua alia specialis ratio intercedat.

## VI. PUNCTVM.

**N**ON voluntariè tantum, sed etiam perfectè liberè Deum omnia operari, idem Pauli testimonium conuincit: Neque enim de necessarijs consiliũ sumitur. Ac propterea nec Deus se diligendo, nec Pater generando Filium, nec Pater & Filius producendo Spiritum Sanctum, secundum consiliũ voluntatis suæ operantur. Hæc tamen libertas non est in Deo per modum potentiæ, sed per modum simplicis actus, qui nec re ipsa augetur, aut nouum modum realem acquirit, eò quòd ad plura obiecta terminetur, neque vlla re, aut reali modo careret, etiam si Deus (quod facere posset) nihil extra se ipsum efficaciter amaret. Nos verò secundum rationem actũ illum in plures diuidimus, & hac ratione omnes modos actuum, qui in nostra voluntate absque imperfectione sunt, diuinæ attribuimus.

## VII. PUNCTVM.

**D**IWINA voluntas ita est libera, vt tamẽ sapienti consilio regatur, & ideò eius libertati non obstat, quò minus circa plura obiecta creata eam determinationem habeat, quam quoad specificationem vocat, tam in actibus efficacibus, quam in simplicibus affectibus. Atque ex eodem principio nascitur, vt eidem libertati diuinæ non solum non repugnet necessitas immutabilitatis, sed etiam illi intrinseca sit. Ac denique hinc etiam fit, vt ei non repugnet aliqua necessitas quoad exercitium ex suppositione prioris actus ratione distincti.

## VIII. PUNCTVM.

**I**NDE M, licet ex eodem Apostoli testimonio constet cum libertate diuina naturalem necessitatem pugnare, non tamen necessitatem debiti, orti quidem non ex lege; hæc enim propriè in Deo locum non habet: sed vel ex simplici promissione, vel ex pacto obligationem iustitiæ inducente. Est autem promissio in Deo non aliud, quam absoluta assertio de beneficio præstando, quæ licet in hominibus non inducat obligationem, donec promissionẽ includat, quæ purè sumpta respectu Dei religionis, respectu verò hominum, fidelitatis, & non iustitiæ obligationem natura sua inducit, in Deo tamen ipsa simplex assertio vim habet promissionis, quæ, si absoluta sit, fidelitatis seu veritatis, si verò sub conditione proportionati operis, etiam iustitiæ debitum inducit.

dicendum sit reddere opus in voluntate secundum quod probabilem credimus id  
non habere locum in voluntate divina, etiam si in humana contingat. In qua hac  
admissio involuntarij, etiam si ex metu, aut aliqua vi externa oritur, per se non red-  
dit inefficacem voluntatem ad morales effectus vel contrarium, nisi vel positum  
ius, vel aliqua alia specialis ratio intercedat.

## VI. PUNCTUM.

**O**mnis voluntatis actus, sed etiam perfectus liber Deum omnia operari,  
idem Pauli testimonium continet. Neque enim de necessitate consilij  
sumitur. Ac propterea nec Deus se diligendo, nec Pater generando Fi-  
lium, nec Pater & Filius procedendo Spiritum sanctum, secundum es-  
sentialium voluntatum sunt operari. Hæc tamen libertas non est in Deo  
per modum potentie, sed per modum simplicis actus, qui nec se ipsa impedit, nec  
nouum modum actionis acquirit, eo quod ad alia objecta terminatur, necque illa re-  
sistit. Quod si dicitur (quod factum potest) nihil extra se ipsum esse  
causæ amplexus. Nos vero secundum rationem actum illum in parte diuina, & hæc  
ratione omnes modos actuum, qui in nostra voluntate absolute impetitione sunt  
diuina attribuitur.

## VII. PUNCTUM.

**D**ivina voluntas est libera, ut tametsi sapienter cõsilio regatur, & iudicij  
suis libertatem non obstat, quo minus circa plura objecta, etiam in re-  
terminantibus habeat quodlibet speciationem voluntatis in actibus  
hæc essentialibus, quam in simplicibus affectibus. Atque ex eodem prin-  
cipio nascitur, ut eadem libertas diuina non se ipsum non repugnet necesse  
satis immutabilitatis, sed etiam illi immutabilis sit. Ac denique hinc etiam fit, ut ei non  
reprehendatur aliqua necessitas quoad exercitium ex suppositione prioris actus ratione  
distincti.

## VIII. PUNCTUM.

**A**ndem licet ex eodem Angeloli testimonio constet cum libertate  
diuina naturalem necessitatem pugnare, non tamen necessitatem debi-  
tam, et orti quidem non ex lege, hæc enim proprie in Deo locum non ha-  
bet: sed vel ex simplicis promissionis, vel ex pacto obligationem in illis  
inducunt. Est autem promissio in Deo non aliud, quam absoluta al-  
terio de beneficio prestando, que licet in hominibus non inducat obligationem, do-  
net promissionis includat, que parte tantum respectu Dei, tamen vero  
hominum fidelitatis, & non in illis obligationem tantum inducit, in Deo tamen  
ipsa simplex assertio vim habet promissionis, que si absoluta sit, fidelitatem non re-  
quirit, si vero sub conditione proportionis operis, etiam iustitiam debentur.